

Bánfi Florio

## A KRISZTINA-LEGENDA FORRÁSSZÖVEGE\*

A magyar legendairódalom egyik legnehezebben megoldható problémájának bizonyult sokáig annak kiderítése, hogy a Krisztina-legenda ismeretlen fordítója előtt milyen latin recenzió feküdt. A kérdés legeredményesebb kutatója eddig Horváth Cyrill volt, aki közvetlen, „igazi” forrást ugyan nem tudott kimutatni, de olyan „alapszöveg” egybeállításáig jutott el, amely mindössze néhány fontos változatra csökkentette le a minket érdeklő feldolgozások nagy számát. Ezek a következők: 1. *Legenda Aurea*; — 2. *Az orvietói kézirat*; — 3. *Egyéb variánsok, főként a Brüsszeli- és a Fuldai-hártyakódex*. Horváth tehát „olyan forrást proponált, amelytől — az ő saját kimutatása szerint — a magyar szöveg 194 esetben különbözik” (ItK 1968. 270.).

Bánfi kutatásai döntő fordulatot hoztak, amikor a firenzei Laurenziana-ban sikerült olyan változatra találnia, mely „teljesen azonos a magyarral... vagyis a magyarnak közvetlen forrása...” (ItK uo.). Ehhez a recenzióhoz részletes kritikai apparátust is készített, a végső simításokat azonban már nem tudta elvégezni rajta, így kiadásáról le kell mondanunk. Annyi megállapítható belőle, hogy milyen fontosabbnak ítélte variánsokat kollacionált, ezért ezeknek a listáját az alábbiakban ismertetjük:

1. A firenzei Laurenziana „Mugell de Nemore No. XIV.” (ff. 81va—84va: *Passio Sanctae Christinae Virginis, quod est decimo Kal. Mad.*) jelzetű kézirat.

2. A palermói székesegyház „Lectionarium”-a (ff. 164—166.: *Passio sanctae Christinae Virginis et martyris*), melyből a legendát kiadta Luigi Boglino; *Palermo e Santa Cristina*. Palermo 1881. 164—170.

3. A párizsi Bibliothèque Nationale „N. A. No 2179.” (ff. 236va—241vb: *Passio S. Chr. V. et M., quae passa est in provincia Tiro sub iudicibus Urbano Dion et Iuliano praeside, die VII. Kalendas Augustas*) jelzetű kódexe.

4. A vatikáni „Vat. Lat. 5771.” (ff. 344ra—350ra: *Passio Sanctae Christinae Virginis, quod est VIII. Kal. Aug., die V. feria, in Tyro civitate*) jelzetű kódexe.

5. Az orvietói székesegyház káptalani levéltárának kézírata (*Passio Sanctae Christinae Martyris*); kiadta: Splendiano Andrea Pennazzi: *Vita e martirio di S. Cristina*. Montefiascone 1725. 259—275.

6. Horváth Cyrill tanulmányában (*A Krisztina-legendáról*. VIII. ker. közs. főreálisk. ért. 1915/1916. Bp. 1916. 5—24.) idézett valamennyi forrás, különösen e felsorolásunk 2. (=Boglino) és 5. (=Pennazzi) pontjában említettek, továbbá a *Brüsszeli-hártyakódex* (Analecta Bollandiana VIII. 264. No. 14.) és a *Fuldai-hártyakódex* (Acta SS. Boll. V. 524—528.), tekintettel természetesen Horváth Cyrill második tanulmányainak megállapításaira (*A Krisztina-legendáról*. VIII. ker. közs. Vörösmarty Mihály reálisk. ért. 1928/1929. Bp. 1929. 5—28.)

A magyar Krisztina-legenda latin forrásszövegét a firenzei Biblioteca Laurenziana „Aedil. Flor. Eccles. No. CXXXVI.” jelzetű kódexének 228vb—231rb lapjairól adjuk közre Bánfi Florio alapján (az olvasatot az eredetivel nem áll módunkban összevetni). A dőlt szedéssel olvasható részletek kizárólag ennek a recenzióknak sajátos elemei, ezek semmi más változatban nem találhatók, a zárójelbe tett szavak pedig hiányoznak a magyar fordításból (Nyelvelméletár VII. 273—286.).

A magyar fordításban a szöveg a *Legenda Aurea* vonatkozó fejezetének (Ed.: Graesse 1846. c. XCVIII/93., p. 419.) szavaival kezdődik: „Christina quasi chrismate uncta, habuit enim

\* Két évvel ezelőtt hírt adtunk arról, hogy Bánfi Florio hagyatékában egy befejezetlenül maradt (eredetileg is folyóiratunk számára készült) cikk van a Krisztina-legenda általa felfedezett igazi forrásáról. (vö. ItK 1968. 269—271.). Nem sokkal később — megkeresésünkre —, Dr. Stefano Mester elküldte nekünk a kéziratot, így jelen közleményünk az ő szívessége révén lát napvilágot. — V. KOVÁCS SÁNDOR.

balsamum boni odoris in conversatione et oleum devotionis in mente et benedictionem in ore." A továbbiak a firenzei recenzió szövegével vethetőek össze:

1. Erat quaedam *virgo* sacra et sancta puella de Tyro, nomine Christina, *spem dei habens ad custodiendam virginitatem*, nondum annorum *undecim*. Erat autem pater eius de genere *magno, dignitate magistri* militum. Erat autem gentilis et mater eiusdem puellae de genere Anniorum regali. *Habebat* autem hanc puellam *unicam*, nomine *Christina*. Et fecit pater eius Urbanus turrim aliam et introduxit eam in turrim, cum duodecim ancillis, et fecit *deos argenteos* et posuit eos infra turrim, ut adoraret eos; nec umquam inde descenderet, ne conspiceretur ab hominibus. Magni enim decoris erat, et multi eam volebant desponsare. Pater autem dicebat: Neminem promitto filiam meam; quid enim si virgo permaneat et veneretur *deus* (1); multum enim misericordes *habemus* deos nostros.

2. Sancta autem Christina erat in dilectione dei posita; et accipiens toracem ad offerendum in altare idolorum, ponebat illum in fenestra, (quae respiciebat *ad orientem*); et stans in fenestra, aspiciebat in coelum; et intuens ad *stellam orientem*, et *notabat* in corde suo et ingemiscebat fortiter et flebat et non offerebat incensum idolis per dies septem. *Dicunt* ancillae eius: Domina nostra, ecce iam *dies septem* sunt, ex quo dii sacrificium non acceperunt, neque incensum, neque libamen posuisti; ne forte irascantur super nos, et pereamus. Infans autem Christina dixit ad ancillas suas: Quid *talia mihi* dicitis pollutae et miserae sine anima? Nonne dii isti caeci et surdi sunt, qui *non loquuntur*, nec sensum habent? Ego autem habeo dies septem, *in quibus* non offero sacrificium deo vivo, qui fecit coelum (cum *stellis*), terram et mare et omnia, quae in eis sunt. Ancillae autem eius (procedentes ad pedes eius) *dixerunt*: Domina nostra, (regalem habes imaginem, et *licet tibi regnare*); quid *est*, quod erras et deum alienum colis, (quem nos non novimus)? Quod si audierit pater tuus, dominus noster perdet nos et genus nostrum; dicet, quia *eam vos* docuistis *colere deum*, qui a Pilato interrogatus est. (Et *quo fugiemus a facie*?) Infans autem Christina dixit ad ancillas suas: Quid seducimini a diabolo et ydolis? Accedite et vos ad deum coelestem et ad filium eius dominum nostrum Iesum Christum, et *ipse liberabit* vos a diabolo.

3. Et cum adhuc *loquerentur*, introivit Urbanus pater eius, ut videret filiam suam et adoraret (deos suos. Veniens autem cum gaudio magno adorare) deos suos et *ut offerret* eis sacrificium, expectabat autem filiam suam secundum consuetudinem, ut offerret ipsa incensum idolis. Sancta *Christina autem* in fenestra incumbens, intuebat in coelum. Ancillae autem venerunt et dixerunt patri eius: Deprecamur te, domine, omnium nostrum potestatem habens; filia tua, [f. 229ra] domina nostra, ecce habet dies novem, ex quo non *sacrificavit* diis sacrificium, (sed neque incensum posuit, neque libamen). Pater autem eius dixit: Domina *mea* filia Christina, quid est *hoc* quod tibi placuit, aut quis error in te introivit *ut* deum colas, qui non potuit seipsum adiuvere? Domina mea filia Christina, (unica mihi), ignoras quia propter te *laboro*, et multum *flevimus et adoravimus deos* nostros, (petentes,) ut condonent te nobis. Accede ergo, *adora* et immola coelestibus diis, qui te fecerunt in hanc aetatem venire; ne forte irascantur tibi et perdeant te, (filiam meam). Sancta autem Christina dixit ad patrem suum: Noli me vocare filiam tuam, sed eius *me dic* filiam, *cui dixi* me offerre sacrificium iustitiae et veritatis et justificationis, quoniam ipsi dicam gloriam et honorem et magnificentiam in secula seculorum. (Et *gavisus* est pater eius, putabat quia de diis eius diceret; occurrens *ibat* osculari eam. Et exclamavit sancta Christina patri suo: Non polluas mihi os; munda autem volo offerre immolationem coelesti deo.)

4. Pater autem *eius*, errans in verbis eius, *dicit* (ad eam): Domina mea filia Christina, noli uni deo offerre sacrificium, ne alii irascantur *tibi*. Sancta autem Christina dixit: Non bene locutus es veritatem: *offeram* patri et filio et spiritui sancto, (*sanctae trinitati in unitate*, qui *fecit orbem terrae, coelum, mare et omnia*, quae ab eo creata sunt; ipsum benedico, ipsum adoro, ipsum glorifico, ipsi offero sacrificium absque sanguine in veritate laudis, et incontaminatum incensum *patri meo*, qui est in coelis, in quo credidi et credo *dominum* meum, in eo est veritas et salus.) Pater autem eius (respondit et) dixit ad eam: (Christina, filia mea incontaminata,) ecce adoras tres deos; alios vero quare non adoras? Sancta autem Christina dixit: (Non erubescis, homo sine scientia, quia concupivi adorare coelestem deum?) Trinitas autem *in personis* una deitas in substantia est; (quare mihi vim facis adorare deos alienos? Affer mihi munera immaculata, ut adorem patrem meum, *dominum meum* coelestem, et offeram ei sacrificium sine sanguine et incensum veritatis, qui me probavit ad veritatem suam.) Pater autem eius deducebatur in verbis eius; putabat, quia *de diis eius* (vel *de ydolis*) diceret. (Et transmisit omnia, quaecumque *praecipit* ei filia sua. Et iterum dixit *sancta Christina ad ancillas suas*: Annunciate domino vestro Urbano, ut transmittat mihiunicam immaculatam et incontaminatam, *ut expoliam a me* pollutionem coinquinationis et induam me *tunica* sine dolo et offeram munera immaculata et incensum immaculatum et cor mundum aeterno deo, creatori seculorum, qui nos vocavit *ad sacrificium* veritatis; ut indulgere dignetur *peccatis meis*, quae feci, *quia seducta fui* ab impiis hominibus in *abominationem* ydolorum.)

5. Sancta autem Christina, (induta tunica incontaminata et immaculata, lavit faciem suam et manus); in cubiculo inclusit se, (et offerebat sacrificium et incensum coelesti salvatori). Et orans, cum fletu dicebat: Domine [f. 229rb] Iesu Christe, filii dei coelestis (et) invisibilis, *qui* ab immortalis patre missus es (et descendisti) super mundum hunc, (quem tu fecisti,) et induisti carnem humanam et sustinuisti mortem ab impiis hominibus, (ut cognoscamus tribulationem hanc propter tuam deitatem.) Ego, peccatrix ancilla tua Christina, *rogo miserere mihi*, quia *multum* peccavi (et gessi) per ignorantiam et colui demonia a iuventute mea. *Nunc autem* in te spero, adesto mihi in his poenis, quae praeparatae sunt mihi, ut per tuam virtutem vincam omnes, qui *non cognoverunt* nomen tuum, (*domine*,) et omnes timeant et contremiscant nomen tuum *magnum*. Angelus autem domini stetit *contra faciem* eius, dicens: Incontaminata et immaculata domini ancilla Christina, exaudivit dominus *deus* deprecationem tuam; viriliter age et confortetur cor tuum contra tres iudices, *ut* glorificetur virtus dei. Tunc sancta Christina dixit ad angelum: Domine *meus*, da *mihi aeternum* signaculum salvatoris domini Iesu Christi patris mei *immortalis*, et neminem timeo. Angelus autem *domini* apprehendit eam, oravit super caput eius et dedit ei signaculum crucis. Sancta autem Christina *conversa* a dextris, *invenit* panem positum candidum, tamquam lac, et dulcem super mel (et favum). Et accipiens, dedit angelo et dixit ei: Domine *meus*, accipe hunc panem, *benedic* et da mihi aeternam vitam *et remissionem omnium* peccatorum meorum; ecce enim sunt duodecim dies, *quibus* panem non gustavi. Angelus autem *domini* accipiens panem, *benedixit* et dedit ei manducare panem immortalitatis. Et accipiens, *sancta virgo* Christina oravit et invocavit patrem et filium et spiritum sanctum, dicens: Domine *deus*, pater domini nostri Iesu Christi, qui dignatus es *a me accipere* (*hunc*) panem incorruptionis; ideoque gratis refero nomini tuo, Iesu Christe. Et accipiens, gustavit.

6. Facto autem vespere, accipiens beata Christina deos Iovem, *Apollinem* et Venerem, et deposuit eos per tres scalas; solvens fasciam suam, ligavit *in fenestra* et descendit per eam et confringens ydola, dedit (ea) pauperibus; et *reversa est iterum per fasciam suam*. Die autem facto, venit pater eius Urbanus adorare ydola; et convocans ancillas suas, interrogavit eas, dicens: Quid facti sunt dii? Procedentes autem ancillae ad pedes eius, dixerunt: *Deprecamur te*, domine noster, filia tua confringens eos, *proiecit in plateam*. Pater autem eius Urbanus valde iratus est; *accipiens* sanctam Christinam, iussit eam palmis caedi *in faciem* et interrogavit eam, dicens: Ubi abscondisti deos? dic mihi! Christina autem noluit ei *responsum reddere*. Et iterum dicit pater eius: Per misericordes deos, quia nisi dixeris mihi, *membra tua ferocissimis bestiis dabo*. Accede ergo et adora deos coelestes, nec irascantur tibi, et pereas male. Sancta autem Christina aperuit os suum, dicens: Iuste locutus es, ut adorem deum coelestem et eius filium Iesum Christum. Iratus autem pater eius Urbanus iussit eam virgis [f. 229va] caedi. Et mutati sunt super eam duodecim homines, qui caedebant *eam*. (Pater autem eius Urbanus, ignorante uxore sua, haec faciebat filiae suae. *Illi* autem, qui caedebant eam), deficiebant et cadebant. Sancta autem Christina dixit patri suo: Impudice et sine honore et abominabilis Urbane, ecce, qui caedunt, *cadunt*; (et vides,) quia virtutem non habent. Pater autem eius Urbanus in magna angustia erat, quia taliter iniurias patiebatur a filia sua, et *iussit* in collo eius boias mitti et manus (et) pedes eius mitti in vinculis, et claudi eam fecit *in carcere*. *Ivit* autem pater eius Urbanus in domum suam, nihil volens manducare.

7. Audivit autem uxor eius de filia sua, quia talia perpessa fuerat a patre suo; *scidit vestimenta sua* et *posuit* cinerem super caput suum. Et abiit ad carcerem ad filiam suam et *cecidit ad pedes filiae suae* et *cum lacrimis* dicebat *ad filiam suam*; Christina, miserere matri tuae, quia propter te morior; et unicam te habeo. *Filia mea*, miserere mei; et omnia mea tua sunt. Filia mea Christina, lumen oculorum meorum, *scis*, quia ego te genui, et mamillas meas suxisti? Quid est, quod factum est tibi, ut alienum deum colas? Sancta autem Christina aperiens os suum, dixit *ad matrem suam*: Quomodo *me* filiam tuam vocas, aut *quae* ex genere vestro aliquando Christina vocata est? Mater autem eius dixit ei: Nemo. Tunc dixit beata Christina: Quid ergo *me dicis* filiam tuam? nescis, quia nomen habeo Christi (coelestis) salvatoris? Ipse est, qui me probavit ad militiam suam coelestem et armavit me et dedit mihi victoriam ad vincendum omnes, qui non cognoverunt deum, et *ad deponendam* vestram abominationem et ydola, *quibus* seducti *estis*. Mater autem eius haec audiens, *reversa est* ad domum suam et nuntiavit omnia viro suo.

8. Vir autem eius Urbanus ira commotus est adversus filiam suam. Mane autem facto, sedit publice adversus filiam suam. Euntes autem milites, *traxerunt* (sanctam) Christinam de carcere (et vincum ducebant) in praetorium. Omnes autem mulieres videbant beatam Christinam (*tam* vincum) et *quomodo trahebatur* (*ad praetorium*), *voce magna clamaverunt, dicentes*: Deus huius infantis, adiuva eam, quia ad te confugit! Et iussit pater eius Urbanus adduci eam ante suum tribunal, et dixit ei: Misereor tibi, Christina, quoniam filia mea es. Accede ad *deos* et adora eos, ut propitientur tibi et liberent te ab errore, quem passa es. Si vero nolueris adorare eos, iubeo te multis tormentis interfici, nec (enim) vocaberis filia mea.

Sancta autem Christina respondit: Magnam mihi gratiam praesta, o impudice et tyranne *Urbane*, quia iam me non vocas filiam diaboli, quem te *essere affirmo*; nec enim es pater meus. Urbanus autem ira repletus iussit eam expoliari et cruciari membra eius *multis tormentis*. Erant autem, qui eam torquebant, homines numero duodecim et defecerunt, torquentes [f. 229vb] eam. *Pater* eius *Urbanus* non *satiabatur* sed iterum iussit eam amplius torqueri. Et sustulit de carnibus suis sancta Christina et iactavit in faciem patris suis et dixit ei: *O maledicte et amare*, tibi dico *Urbane*, *periturus* es in seculo venturo *in incendio flammarum*. *Desiderasti* manducare *carnem* filiae tuae: ecce, ante oculos tuos sunt positae; accipe et manduca confusionem vultus tui. *Pater* autem eius (impiissimus) dixit ad eam: Christina, tibi dico, iam accede et adora deos; sin vero *non te vocabo filiam meam*. *Et si* non sacrificaveris (diis), inferam tibi saevissima tormenta; et non te eripiet ille, qui mortuus est a Iudaeis, quem tu colis. Sancta autem Christina respiciens in coelum, dixit *ad eum*: Omni malitia replete impudicissime, ignoras, quia filius dei vivi, lumen veritatis, salvator mundi, qui descendit de coelo, *removet* omnem malitiam *tuam* et *salvabit* me. *Nunc* et propter eum, qui me *salvat*, haec sustineo, *ut vincam tuam virtutem*.

9. *Pater* eius, non ferens eius *iniuriam*, iussit afferri rotam et alligari sanctam Christinam: et sub rota incendi flammam et sterni sub ea ligna et *oleum diffundi in ignem*, ut celerius finiretur. Christina autem *alligata est* in rota; et cum giraretur rota, *conquassavit totum corpus eius*. *Beata autem Christina respiciens in coelum oravit, dicens*: Benedico te, deus meus, qui in coelis es, gratias *tibi ago*, pater meus Jesu Christe; noli me derelinquere in hoc certamine, sed extende manum tuam et tange hunc ignem et extingue *eum*, *neque ideo* gaudeat tyrannus *Urbanus* super me. Haec dicens, sancta Christina exiit ignis subito et interfecit *ex paganis mille quadraginta*; et erant angeli domini adstantes ei. *Urbanus* autem iussit eam deponi de rota et interrogavit eam, dicens: Christina, quis te docuit haec maleficia? Confitere mihi; quod *si confessa* non fueris, non vives *inter* manus meas. Sancta autem Christina dixit ad *Urbanum*: *Nonne* tibi dixi, immunde *Urbane*, carnifex, vermis, quia pater meus est Christus, qui me docuit hanc conversationem? Ipse est lumen eorum, qui in tenebris sunt, via errantium, gaudium tribulantium, spes eorum, qui invocant eum. Ipse est, qui me docuit omnem iustitiam et *amore* dei vivi. Propterea te confundo et tua saevissima tormenta *condempno* et omnes tuas virtutes cum patre tuo diabolo. *Pater* autem eius *Urbanus*, victus a verbis filiae suae, *nesciebat* quemadmodum *perderet* eam. (Et) iussit eam duci in carcerem. Et *dum ducta fuisset* beata Christina, sebedat et eloquia dei meditabatur. Venerunt *autem* in conspectu eius tres angeli, afferentes ei *prandium* et posuerunt super eam manus, et statim sanatum est totum corpus eius.

10. Beata autem Christina respiciens in coelum, dixit: Domine deus coelestis, medice, vulnere occultorum scio et cognosco, quia non me *derelinquis*, sed magis memoratus es mei, et misisti mihi *prandium* per sanctos angelos tuos. *Scis enim domine*, quia in multo certamine sum, et *ideo* misisti mihi escam redemptionis. Per noctem autem transmisit *Urbanus* [f. 230ra] pater eius quinque pueros et iussit alligari lapidem in collo eius et mitti eam in mare. Et *dum perducta fuisset* in medio *mari*, ibi eam iactaverunt. Statim chorus angelorum suscepit eam, et deambulabat cum angelis super aquas maris. Respiciens sancta Christina in coelum oravit, dicens: Domine Iesu Christe, qui nobiscum es et non deseruisti timentes te, ostende mirabilia tua et iube me accipere in his (aquis) sanctum signaculum tuum, quia tu ambulasti super aquas maris et benedixisti illas. Et nunc iube me renasci et accipere lavacrum regenerationis et emundari a sordibus, quae mihi superpositae sunt. Et illumina me, *domine* Iesu Christe, *illuminatione sancta* et splendore tuo indue me indumentum *aeternae veritatis*. Et cum haec dixisset beata Christina, nocte in medio *mari*, facta est vox de coelo, dicens: Christina, exaudivit dominus deus deprecationem tuam. Et statim de coelo venit nubes candida super caput eius. Vidit sancta Christina venientem gloriam *dei* et stolam *purpuream*, *angelos cum suavitate odoris* et cum hymnis. Et respiciens in coelum oravit, dicens: Fili dei *invisibilis* et *immaculate*, qui hodie *ad me descendisti* et *donasti mihi gloriam* immortale renovationis, *libera* me *de manibus impiissimi Urbani*, qui definivit et minas posuit, *ut in crastino die* interficiat me. Haec dicens, beata Christina *perducta est ab angelis* ad litus maris; et ministrabant ei, glorificantes deum. *Pater* eius *in hac nocte*, cum multis tormentis et cruciatibus, reddidit animam. Beata autem Christina, audito iam patre suo mortuo, exurgens oravit, dicens: Gratias (tibi) ago, *deus* patrum nostrorum Abraham, Isac et Jacob, qui *exaudisti me (ancillam tuam)* et *liberasti me de manibus iniqui, qui voluit perdere me*; qui es deus benedictus in secula seculorum. Amen.

11. Tempore autem aliquanto transmissio, advenit alius iudex *in loco Urbani*, nomine Dion, et ipse nequissimus ydolorum *cultor*. *Obtulit autem ei officium gesta beatae Christinae*; legens haec, (*tantis tormentis*), *quae perpessa fuerat* et non se *subdidisse* culturae ydolorum. *Iussit* iudex Dion adduci eam ante suum tribunal, et dum *ducta fuisset*, videns eam, quia speciosa erat nimis, vocavit eam iudex juxta se et blandis sermonibus *cepit ei* dicere: Christina, bene

nata es et de regali genere consistis et magnam tribulationem *perpressa es*, sicut audivimus. *Quis error* in te introivit, ut derelinquas misericordes deos, qui dominantur *omni terra*, et ipsi sunt, qui dominantur omni animae. *Accede ergo et adora deos* et noli seduci in humanis maleficiis; et scribens, referam de te orbi terrae, quia de genere Aniciorum es, et *tradamus te nuptum potentissimum et gloriosissimum omnium omnium illustrium*. Si vero nolueris, quae tibi iubentur a me, per invictos et misericordes deos, pessima iudicia tibi applicabo, et non te eripiet deus tuus, quem colis. Beata [f. 230rb] autem Christina respiciens in coelum, (oravit) dicens: *Adiuvam me, Christe!* Et dixit ad iudicem: *Immundis sermonibus tuis non me poteris seducere, neque tu, neque rex tuus, ut derelinquam coelestem deum et dominum meum Iesum Christum, qui mihi adest et liberabit me de tormentis iniquissimarum manuum tuarum*. Iratus (autem) *iudex* Dion (propter iniurias eius), iussit eam virgis caedi. Sancta autem Christina dixit: *Horribilis vultu et abominabilis cum diis tuis, non erubescis, quia iocamenta poenarum mihi obtulisti? Maiores mihi poenas adhibe; credo enim in salvatorem meum dominum Iesum, quia confundere te habeo, quem ad modum fratrem tuum Urbanum*. Iudex (vero) dixit: *Christina, suffero tuas iniurias et misereor tibi, ut revertaris ad deos et (ut) misericordiam consequaris*. Sancta autem Christina respondit: *Dic mihi nomen tuum*. Iudex respondit: *Dion*. Christina dixit: *Iuste cognominatus es dion, ydolorum enim caecorum et mutorum nomen habes*.

12. Iratus autem iudex iussit afferri cunam aeream et *sulfur et succendi subter ignem*, et mitti picem et resinam et oleum. Et miserunt eam milites in cunam. Et stabant quatuor ex eis et coagitabant cunam et *conversabant sanctam Christinam*, ut celeriter finiretur. Beata autem Christina oravit, dicens: *Te laudo et glorifico, domine Iesu Christe, quia dignam me fecisti renasci et velut infantulam a ministris alienari*. Iudex autem dixit: *Non te tangunt haec tormenta, Christina? Attende, quomodo te sopportant dii, (et ideo te non tangit ignis.) Accede ad deos et deprecare eos, ut liberent te a peccatis tuis, quem fecisti in eis*. Beata autem Christina dixit: *Impie et impudice, filius diaboli, non timeo iudicia tua, neque minas tuas, quas mihi ostendis*. Spero enim in nomine domini *nostri Iesu Christi*, quia transmittere te habeo in tenebras exteriores, ubi cruciatur Urbanus frater tuus. Iudex autem ira repletus iussit radi caput eius et nudam torqueri et per publicum *deportari*. *Omnes mulieres* intuentes eius turpitudinem et *quod talia perpressa fuerant*, exclamaverunt omnes una voce, dicentes ad iudicem: *Iniuste, iudicia tua iniqua sunt et praecepta tua*. Quid haec agis? Confundisti enim sexum mulieris. *Beata Christina* respiciens in coelum, oravit, dicens: *Salvator mundi, gratias (tibi) ago, quia dignam me fecisti in hac die notam fieri omnibus, ut me cognoscant omnes, quia tua sum ancilla*. *Deponentes eam*, milites duxerunt ad carcerem.

13. Mane autem facto, iussit iudex adduxi eam in praetorium et statuit eam ante suum tribunal et dixit ei: *Christina, veni ad templum et adora deum magnum, ut misericordiam consequaris de magnis poenis*, quae tibi praeparatae sunt. Beata autem Christina aperiens os suum, dixit: *Quid erras, Dion impudice et insensate, consimilis [f. 230va] (animalis et consimilis) ydolis tuis, non tentabis me, ancillam dei excelsi, neque timebo minas tuas*. Iudex dixit: *Christina, quare me sic exonoras? Sustineo omnes iniurias tuas; noli errare, sed accede deos et offer illis sacrificium, ut misericordiam consequaris, quia multum te supportabant*. Christina autem dixit: *Bene dixisti, impie, aliene a deo; ego autem offeram coelesti deo sacrificium, qui est dominator coeli et terrae; ipse enim me custodit ab omni tua maligna operatione*. Iudex autem gratulabatur in verbis eius; *putabat, quia accederet ad Apollinem et adoraret eum*. Elevans autem beata Christina manus suas *ad coelum*, oravit, dicens: *Domine deus, coelestis pater Iesu Christe, qui verbo fecisti omnia, qui descendisti super aquas maris et illuminasti me per lavacrum regenerationis: et nunc audi me, ancillam tuam, et praecepe ydolum istud, quod hic animas seducit in interitum ire*.

14. Stabat autem sancta Christina (in templo ante Apollinem) et exclamavit magna voce, dicens: *Tibi dico, ydolum sine anima, in nomine domini mei Iesu Christi, exi de templo hoc et ambula quadraginta pedes; et sta illic in loco, quem praecipio tibi. (Et) exivit de templo et ambulavit quadraginta pedes; et stetit in loco, ubi ei praecepit sancta Christina*. Sed intendens iudex territus valde cecidit in faciem suam et statim surgens, *cum tremore* magno clamavit, dicens: *Christina, maleficia tua in omnibus praevaluerunt, quia et per maleficia tua movisti Apollinem dominum nostrum*. Sed multum ipse misericordiam habet super te; et ideo *obaudivit te* et deambulavit et exivit de templo, ut *videret creaturam suam*. Beata autem Christina contristata est in verbis eius et dixit: *Tyranne et inimice veritatis, diabole, non cognoscis timorem dei coelestis et quae antea fecit et nunc facit in hoc mundo? Incredibilis et aliene a luce veritatis, tu dicis deum esse Apollinem, qui ab hominibus factus est. (Et) ego credo deum meum, patrem domini mei Iesu Christi, qui nobis praestat veritatem lucis, in qua credidi et credo*. Et oravit, dicens: *Praecepte, domine Iesu Christe, in hac hora ydolum fieri pulverem*. Et statim cecidit et factus est pulvis, sicut oravit sancta Christina. Et multi ex gentibus crediderunt et exclamaverunt omnes, una voce dicentes: *Domine Iesu Christe, iube et super*

nos veritatem deitatis tuae *supervenire, ut et nos credamus in lucem veritatis tuae, quia erravimus, adorantes ydola usque in hodiernum diem. Crediderunt autem illa hora tria milia virorum. Et conterritus est iudex Dion propter Apollinem, quia cadens exterminatus est, intra semetipsum ait: Hoc si audierit rex, quae facta sunt per maleficia Christinae in Apollinem deum suum, me male perdere habet. Et statim [f. 230vb] angustiatus mortuus est. Erat autem Christina in carcere, glorificans deum.*

15. Tempore autem aliquanto transmissio, *advenit* alius iudex, et ipse *impiissimus* adversarius christianorum, nomine Iulianus. Veniens in praetorium, *offertur* (1) ei gesta beatæ Christinae. Et cum lecta fuissent ante eum, iubet (Iulianus) statim adduci Christinam ante suum tribunal. Et ait Iulianus: Christina, audivi, quia multa gessisti per maleficia (et carmina), nunc accede et adora deos aeternos et offer eis sacrificium. Si vero nolueris iussiones meas *facere et adorare deos meos, (pessima) tibi inferam tormenta terribilia, et non te adiuvabit Christus, quem colis.* Beata vero Christina aperiens os suum, dixit: Ut quid talia loqueris, Iuliane miserabilis et particeps diaboli et inimice dei. Non tentabunt me verba tua; ego enim ancilla sum Christi, non timebo ea, quae mihi a te inferenda sunt tormenta. Iulianus autem iussit *incendi* fornacem usque in dies tres et mitti eam *in fornacem. Erat autem sancta Christina in fornace, laudans et glorificans deum.* Et vox magna exivit de fornace. Audientes autem milites vocem, territi sunt valde et euntes nuntiaverunt Iuliano, *dicentes: Domine, audivimus magnum clamorem in fornace, qui terruit nos valde.* Hoc audiens, Iulianus iussit aperire fornacem; et invenerunt beatam Christinam, tamquam de lavacro procedentem et laudantem deum.

16. Et adducta est ante tribunal; et dixit ad eam Iulianus: Dic mihi, Christina, et *confitere omnia maleficia, quibus omnem naturam subdidisti.* Si autem nolueris mihi confiteri, deteriora tibi inferam tormenta. Beata Christina respondit: *Iuliane pessime, non timeo minas tuas; habens deum meum adiutorem.* Si autem virtutes habes et aliqua deteriora tormenta, ostende. Iulianus autem iussit adduci marsum et dimitti *super eam duos serpentes.* Et dixit ad eam Iulianus: Dic mihi, Christina, *numquid has bestias maleficare poteris?* Sancta (autem) Christina respondit (ei): *Incredule et insensate et sine intellectu, ego credo, quia dominus meus Iesus Christus astitit mihi in omni tormento.* Iulianus autem iussit dimitti bestias, *quae conculaverunt se ad pedes sanctae Christinae et lingebant plantas eius.* Christina autem respiciens in coelum et cum lacrimis oravit, dicens: *Gratias tibi ago, domine Iesu Christe, lumen veritatis, refugium eorum, qui timent nomen tuum, quia dignatus es me reptilibus notam fieri.* Iulianus autem ad marsum dixit: Numquid et tu magus es? *Irrita bestias, ut tangant eam.* Marsus autem irritabat eas cum incantationibus suis. Illae autem bestiae impetum fecerunt in ipsum marsum et occiderunt eum; et nemo ausus erat *accedere.* *Beata autem Christina orationem faciens, dixit ad serpentes: Vobis dico reptilibus in nomine domini mei Iesu Christi, ite ad loca vestra, neminem nocentes.* Et statim recedentes, abierunt *in cubilibus suis.* Et respiciens Christina *ad coelum* oravit, dicens: *Deus coeli et terrae, qui misisti filium [f. 231ra] tuum Iesum Christum et suscitasti Lazarum a mortuis, exaudi me, ancillam tuam, in virtute tua sancta et in brachio tuo extento resuscita hunc hominem de morte.* Et apprehendit *manum eius, beata Christina dixit: Adiuva me, domine, ut omnes videntes glorificent nomen tuum, quia tu es deus meus et omnium virtutum operator.* Et venit vox de coelo, dicens: *Confide Christina et viriliter age, ego enim tecum sum et quodcumque postulaveris a me, dabo tibi.* *Consignavit* beata Christina mortuum et clamavit, dicens: *In nomine domini Iesu Christi surge tu, qui mortuus es.* Et statim surrexit et procidens ad pedes eius, dixit: *Gratias ago deo tuo, qui me suscitavit a mortuis.* Iulianus autem dixit: *Christina, sufficiali tibi; ostendisti omnia maleficia tua, veni et convertere ad deum nostrum, qui te patitur.* Beata autem Christina dixit (ei): *Insensate et absque dei timore et sine intellectu, non viderunt oculi tui virtutes, quas fecit deus coelestis et Iesus Christus filius eius, qui liberavit servos suos ab omni malo.*

17. Iulianus autem ira commotus iussit mamillas eius abscidi. (Tunc) beata Christina dixit ei: *Iuliane, lapideo corde et ab omni via veritatis expulse, iussisti mamillas meas abscidi. Respice, insensate, et vide, quia pro sanguine lac egreditur.* Et respiciens in coelum, beata Christina dixit: *Gratias tibi ago, domine Iesu Christe, rex omnium seculorum, quia dignatus es me ab omni impedimento corporis mei liberare.* Scio enim, quia iam parata sum finire certamen meum et accipere *incorruptionis coronam.* Haec cum dixisset beata Christina, iussit eam iudex in carcerem mitti. Et venerunt omnes matronae *videre eam, audientes tribulationes, quas sustinuit, ferentes secum multa de bonis suis, ut blandirentur ei et consolarentur eam.* Et invenerunt *beatam Christinam sedentem et meditantem eloquia dei. Et ingerentes se, matronae protecerunt se ad pedes eius.* Beata autem Christina consolabatur eas. *Illae vero admirabantur in sufferentia eius, ex quibus septem matronae crediderunt.*

18. Mane autem facto, *iussit Iulianus adducere eam in praetorium et (convocans eam ante suum tribunal,) dixit ei: Christina, tempus tuum impletum est, convertere iam ad deos meos; sin autem auferam animam tuam abs te; ex hoc tibi non parcam.* (Beata autem Christina dixit:

Amodo non tibi erit requies, neque in hoc seculo, neque in futuro, *quod* permanet in aeternum. Iulianus autem *non ferens iniuriam*, iussit linguam eius abscidi.) Sancta autem Christina respiciens in coelum, dixit: Deus meus, qui me non dereliquisti, (creator,) respice super me, ancillam tuam, et iube me venire in hoc certamine ad te. *Et facta est vox de coelo, ad eam, dicens: Ecce aperti sunt tibi coeli, veni et suscipe coronam tuam, [f. 231rb] quam virtutes coelorum expectant et benedicunt deum propter te, quia ab infantia tua tam constantem te reddidisti. Ideoque angeli exultant, videntes tuum certamen. Et vox iterum facta est, dicens: Veni, accipe aeternam requiem et brachium incorruptionis tuae. Audiens (autem) Iulianus, ira commotus, dimisit sagittam et sanctam virginem interfecit, quae Christum laudens (ita) emisit spiritum. Venit autem quidam de genere eius, qui crederat in dominum Iesum Christum per beatam Christinam; et curavit corpus eius ex more et collocavit eam in optimo loco. Implevit autem martyrium suum beata, Christina octavo kalendas augusti die quinta feria in Tyro civitate, agente Iuliano iudice, regnante domino nostro Iesu Christo, cui est honor et gloria in secula seculorum. Amen.*

Bitskey István

### KAZINCZY GÁBOR LEVELEZÉSE

Az Irodalomtörténeti Közlemények 1967. évi 5–6. számában Csorba Zoltán közölte Erdélyi Jánosnak 17 db Kazinczy Gáborhoz írott levelét. Erdélyi János halálának 100 éves évfordulója előtt különösen időszerű és jelentőségeltjes volt e levelek felfedezése, hisz ezzel a nagy költő-kritikus-esztéta levelezése, amelyet T. Erdélyi Ilona adott ki, jelentős mértékben kiegészült.

A Miskolci Levéltárban azonban (Kazinczy Gábor hagyatéka, I. csomó) az Erdélyi–Kazinczy Gábor levelezés 17 darabja mellett még egész sor, irodalomtörténeti szempontból értékes levelet talált meg Román János, a levéltár igazgatója. Erről az irodalmi értékű irat-csomóról igyekezünk most átfogó képet adni és néhány jelentősebb darabját publikálni.

A Kazinczy Gábor hagyatékát alkotó levelezés 104 darabból áll: 103 levélből és egy 9×12 cm nagyságú, mindkét oldalán teleírt cédulácskából. A levelek közül 3 német, a többi magyar nyelvű, időhatáruk: 1823–1853. Íróik többsége a reformkor ismert írói, publikusai, kritikusai közül kerül ki, összesen 45 különböző személy. A címzett — 5 levél kivételével — Kazinczy Gábor, irodalmunk egyik igen érdekes, mindmáig több tekintetben talányos alakja. A sokoldalú, tehetséges ifjú példaképének nagybátyját, Kazinczy Ferencet tartotta, s az 1830-as évek közepétől maga köré csoportosította a fiatal írókat, akiket tanácsaival és lelkes buzgalommal ösztönzött munkára. A most megtalált levelek egyik fele ebből az irodalomszervező korából, az 1830-as évek második feléből való, másik fele pedig a Zemplénben, közeleti pályán eltöltött éveiből, (1840–48). Ez utóbbiak közül több is igazolja azt a tényt, hogy Kazinczy Gábor mindig a reformpolitika, a haladás oldalán állt. A szabadságharc bukása számára is keserű csalódást jelentett: íróársai, barátai, rokonai közül többen életüket fizették az elveik melletti kiállásért. A melankóliába süllyedt Kazinczy a Borsod megyei Bánfalvára vonult vissza, özv. Vladár Józsefné Lónyay Sarolta kastélyába, s itt élt egész 1864-ben bekövetkezett haláláig. Ezután hagyatékának legnagyobb része az MTA Könyvtára, az Egyetemi Könyvtár és az Országos Levéltár kéziratáiraiba került, kisebb része azonban a Vladár-családnál maradt s csak a felszabadulás utáni levéltári begyűjtés alkalmával lett beszállítva a Miskolci Levéltárba. Ezek között voltak a most közlésre kerülő levelek is.

A teljes terjedelemben való közlést a levelek nagy száma lehetetlenné teszi; ezért az anyagot két részre osztottuk. Az első csoportban a levelekről annotált ismertetést adunk, mely természetesen a téma megjelölése mellett a fontosabb összefüggésben előforduló személyneveket is tartalmazza. Azokat a leveleket soroltuk ide, amelyek csak kisebb jelentőségű közléseket tartalmaznak, s nem mondanak a reformkor irodalmi életéről, szervező egyéniségeiről értékes vagy új adatokat. Ha ilyen mégis előfordul, azt természetesen az szerint idézzük.

A második csoportban azt a 18 levelet közöljük teljes terjedelemben, amely a legtöbb értékes adatot tartalmazza a kor irodalmi mozgalmairól s a leveleket író személyekről. Ezek közt az elsőknek írója Evva András, sátoraljújhelyi ügyvéd, Kazinczy barátja, akinek levele a *Parthenon* c. zsebkönyv megjelenésének előzményeiről tájékoztat. Különös értéke a levélnek az a határozott hang, mely a zempléni ifjúság „művelődésre serkentő intézetek” melletti áldozatkész állásfoglalását jelzi.

Ezután a reformkor egyik kimagasló politikusától, Szemere Bertalantól közlünk hat levelet. Ennek különösképpen az adja meg időszerűségét, hogy 1969. jan. 18-án emlékeztünk meg Szemere Bertalan halálának 100. évfordulójáról. A most közölt levelek alapján még teljesebben áll